

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Bibliotheca Silesiorvm Olsnensi Ad Virvm Clarissimvm Christianvm Theophilvm Habicht ... Epistola Samvelis Wenceslai Kroll Olsna-Silesii


Kroll, Samuel Wenzel


Lipsiae, 1736

[urn:nbn:de:bsz:31-95171](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-95171)



XII C. 23





13.

DE
BIBLIOTHECA SILESIORVM
OLSNENSI

AD
VIRVM CLARISSIMVM
M. CHRISTIAN. THEOPHILVM
HABICHT,
LIPSIAM RELICTVRVM
PATRIOSQVE EX VOTO REVISVRVM
LARES.

EPISTOLA ALTERA
SAMVELIS WENCESLAI KROLL,
OLSNA-SILESII.

LIPSIÆ
EX OFFICINA LANGENHEMIANA
MDCCCXXXVI.

13

INSTITUTIONS

THE HISTORY OF



DE
BIBLIOTHECA SILESIORVM
OLSNENSI.



OLSNA Silesiorum, de cuius antiquo splendore tot Historicorum monumenta prostant, quam meritissimus de patria Historia *Schickfusius* insignibus extollit laudibus, quae aetatis antiquitate nulli Silesiorum vrbi cedit, quaeque tot superatis calamitatibus, de quibus omnes Silesiorum Ephemerides testantur, instar Phoenicis, si fabulae locus, reuiuiscit, haec inquam OLSNA, Patria dulcissima, haud quidem omni nostro aeuo, quo

A 2

olim

olim fulgebat, gaudet nitore; In iis tamen, quae tantis ereptae periculis, ornamento adhuc relictæ esse videntur, præstantissima SERENISSIMI DVCIS est BIBLIOTHECA, omnino suis non defraudanda praeconiis. Quam etiam peculiari iam anno præterlapso memoraui epistola.

In perbreuib; autem tum temporis conscriptis pagellis, ea, quae, ab ipsa patria remotus et sic proprio oculo Bibliothecam reuifendi destitutus occasione, generaliter tantum adduxi, paulo vberior hac vice facultas, praesenti nouum quasi spicilegium instituendi fuit data, cum insignia quae ars pictoria hic reposuit monumenta, memoriam suam pie recolendam moneant.

Haud enim vltimum vel nullum picturarum et iconum sibi in armamentariis litteratorum vindicat locum collectio; tot operum vetustate collapsorum adiuuante pictorum arte seruatur memoria, imo ad veterum thermas, theatra, Statuas, collossos, vrbes Gentesque ipsas spectantia vix ad nostram, nisi hac vindicante, peruenissent recordationem. Haec picturarum est utilitas circa res in densissimis antiquitatis tenebris constitutas. Nec minor est earum vsus si tempora medii et subsequenti aevi spectes. Medii

dii saepe numero acui multarum plane nos fugeret rerum memoria, nisi in tanta scribendi inertia, paucissimi adhuc et hic et illic, calamo mandanda omissa, penicillo delineassent. Et quantum posteritas aliquando sentiret damnum, ni nostro aevo rerum gestarum ars pictoria re-conderet simulacra, tabulis, chartis vel membranis, quo iterum posterii haberent, quae de maiorum moribus et factis consulerent. Taceo picturarum valorem quem circa probationem in foris ICtorum habent, de quo *Schefferus* de arte pingendi §. 5. p. 19. *Limn.* Lib. 2. Cap. 4. n. 92. *Trentacinqu.* L. 2. Resolutionum de probat. Resolut. 6. *Iosephus Mascardus* de probat. Concl. 960. n. 21. *Menochius* L. 3. de praesumpt. 130. n. 31. qui omnes de insigni picturarum valore circa probationem differunt. Et quid obstat, quominus artem pictoriam, tabulasque pictorum, eruditorum scriptis ad latus ponamus, atque ex suo merito in Bibliothecis nostris asseruamus, cum ipse IVSTINIANVS liberalibus disciplinis, artem pictoriam adiunxerit l. 8. C. de Metatis et Epidemeticis: *Archiatros nostri Palatii, nec non urbis Romae et Magistros litterarum pro necessariis artibus vel liberalibus disciplinis, nec non PICTVRAE PROFESSORES, hospitali molestia quoad viuent, liberari praecipimus.*

Dignitate itaque et vtilitate artis huius commotus, inprimis etiam iconum et picturarum mihi erit habenda ratio in conscribendis his pagellis, cum librorum quorundam licet rarissimorum diuersa hinc inde custodiantur adhuc exemplaria, picturarum autem solertissimi cuiusdam artificis penicillo, vnica interdum vice adumbratarum elegantia, vel loco tantum vno se obiiiciat curiosorum oculis.

Accipe igitur exiguum potiorum hic memoratarum imaginum et iconum seriem, quo videas quae nostrae tantum infint Bibliothecae, vel quas cum aliis pari possideat fortuna.

Iconum celsissimorum Principum e SERENISSIMA DVCVN MONSTERBERGENSIVM imo et WÜRTEMBERGENSIVM PROSAPIA oriundorum, in priori, per quod a sinistra in amplissimum illud eruditorum conditorium ingredimur, repositarum conclauis, sequens seruiatur ordo.

A sinistra offerunt sese intrantibus, ad viuentis staturam delineati e WÜRTEMBERGICA ortum trahentes gente, Celsissimi Principes, SYLVIVS NIMRODVVS, et tanti patris filius, CHRISTIANVS VLRICVS. Iungitur ad huius latus effigies, CAROLVM Monsterbergensem exhibens, huic tabulae simul adpictis verbis: Von Ottes Gnaden, Carl Herzog zu Münster

Münsterberg, Schlesien, zur Olsfen. Sistit sese
deinde VICTORINVS GEORGII PODIE-
BRADII, Bohemorum Regis filius, et IOA-
CHIMVS, cui sequentia subscripta sunt: Von
Gottes Gnaden, Joachim, Herzog zu Münster-
berg in Schlesien zur Ols. Sub icone, quae has
sequitur, IOHANNIS legitur von Gottes
Gnaden Johann Herzog zu Münsterberg in Sil.
zur Ols aet. 33. an. 1544. et sub icone GEOR-
GII PODIEBRADII, GEORGIUS DE CVN-
STADT ET PODIEBRATH REX BOHEMIAE
XIII. quorum tandem agmen, FERDINAN-
DVS III. Romanorum Imperator gloriosissimus
claudit, hac cum epigraphe: FERDINANDVS III.
ROMANORVM IMPERATOR AET. 30. 9. MENS.
AN. 1639.

A dextra, si ingressum retrospicias, cernitur
Serenissimi Ducis IVLII, Fundatoris tertiae
olim, DVCVM OLSNENSIVM IVLIOBVREN-
SIS, nunc BEROLSTADIENSIS lineae, effigies,
prouti Iuuenis conspiciebatur. GEORGIUS
FRIDERICVS Marchio Brandenburgicus
tandem sese pictum sistit, cum inscriptione:
George Friedrich Marggraff zu Brandenburg
und Herzog in Preußen anno Domini 1598. quem
proxime excipit tabula ELISABETHAM
MAGDALENAM exhibens, superadditis
his

his verbis: Elisabeth Magdalena Herzogin zu Münsterberg in Schlesien zur Delfen im 58. Jahre 1620. Quam duae comitantur imagines ELISABETHAE MARIAE Münsterbergensis, et ANNAE MARIAE Lignicensis Ducum, suis destitutae inscriptionibus. Dein SOPHIAE Brandenburgensis cernitur effigies, cui adscripta sunt: Sophia Marggräfin zu Brandenburg, Herzogin zu Braunschweig und Lüneburg an. 1598. CHRISTINA, Dux Münsterbergensis hinc inde visenda est depicta, verbis insuper additis Christina Herzogin zu Münsterberg, geböhre von Schidlowitz an. 1544. aetatis suae 25. Vltimum, aut potius primum, ni ab ingressu in hoc conclaue initium perlustrandi facias, occupat locum MARIA Ferdinandi III. Imperatoris gloriosissimae memoriae coniux, quae non minori prae reliquis elegantia isthic depicta conspicitur, verbis hisce adiectis: MARIA DEI GRATIA ROM. IMPERATRIX, FERD. III. IMPERATORIS CONIUNX, PHILIPPI IIII. HISPAN. REGIS FILIA.

Appensae autem adhuc permultae, tam e GENTE MVNSTERBERGICA quam WVRTEMBERGICA in hoc ipso conclaui DVCVN SERENISSIMORVM sunt icones, quas tamen non ad viuentis staturam delineatas, sed ima-

imaginibus thoracetenus effictis, (quas vulgo *Brust-Stücke* vocant) exhibitas videbis, quarum recensio- ni longius immorari, reliqua adhuc per- texenda prohibent.

Duplicem, eamque splendidissime exstru- ctam exornatamque in hoc ipso curiosi rerum bonis artibus inseruientium indagatores observa- bunt conclavi portam, quarum vtraque inscriptio- ne sua, ex summo opere laudanda solertia amplissi- mi Bibliothecae huius Praepositi, clarissimi *Marti- ni Beniaminis Goskii*, Fautoris insigniter ho- norandi gaudet.

Porta, quae a dextra, aditum ad perlustra- tionem rerum tam naturalium, quam artificialium, parat, ingredientibus admodum multa, in ipso pe- netrali recondita, paucissimis visenda indicat his sibi inscriptis verbis: DELICIVM ET VOLV- PTAS NATVRAE ET ARTIVM CVRIOSORVM.

Altera, per quam in ipsam ingressus patet Bibliothecam non minori splendore nitens porta, exhibet in fronte sequens lemma: DOMICILIVM SAPIENTIAE, AETERNITATIS CAPITOLIVM.

Per hanc itaque, procedentibus elegantissimo frui licet prospectu, cum totum conclaue tribus

B

quasi

quasi ambulacris distinguatur, septemque perquam magna repositoria, libris recipiendis apta, et artificis manu nitidissime exstructa, ab utroque latere habeat disposita, aequalibus a se inuicem spatiis distantia. Horum duo semper sibi inuicem in summitate arcuatim iunguntur; ita ut arcus sententiosas satis inscriptiones, studio laudati antea Goskii exaratas lectori obiiciat.

Primus arcus, qui intrantibus exstructum, qua dextra, qua sinistra, primum repositorium superne sistit sociatum, hoc a dextra gaudet lemmate: RELIGIO DEVM COLIT, SVPERSTITIO VIOLAT; a sinistra vero: PVRGAMAM, COMPESCE HAERESIN, SVCCVRRE FIDEI.

Receptaculorum alterum par, quosnam in se recipiat libros, arcus iterum indicat, a dextra positus his verbis: SYMBOLA PRISCAE RELIGIONIS; his a sinistra: HISTORIA OCVLVS ERUDITIONIS ET SAPIENTIAE.

Tertium par exhibet dextrorsum hoc lemma: HISTORICI REDDVNT PRINCIPES IMMORTALES; sinistrorsum: TOGATAE MILITIAE ARMAMENTA.

Quarto inscriptum legitur arcui a dextris:
HISTO-

HISTORIAE NON TANTVM, QVAE IVSTE
SED QVAE INIQVE FACTA MEMORANT; a
sinistris: IVSTITIA PRINCIPVM FIDEI COM-
MISSA.

Quantum posthaec sequitur a dextra et
sinistra repositorium, in quorum priori ex lem-
mate: OMNIA CLIMATA PERLVSTRARE SVM-
MA VOLVPTAS, et in posteriori, quos habeas
libros, colligere licebit ex verbis: CANONES
AEQVITATEM NON SVBTILITATEM COMPLE-
CTVNTVR.

Sextum dextram versus Mathematicis, ad
laeuam Medicis esse dicatum, ex his arcus inscri-
ptionibus patet: NEC MATHESIS PRAESCRI-
PTO ALIQVO PIA VOTA REPELLIT; et: ME-
DICVS DEO INVITO NIL PRODEST.

Agmen horum quae claudunt, vltima duo
repositoria, vnica insignita sunt epigraphe:
ERVDITIO SINE HISTORIA LITTERARIA
CAECA.

Colligat ex his rei litterariae gnarus quae-
nam in quolibet receptaculorum nostrorum
quaerenda sint omnis et veteris et recentioris
aeui optimorum optima scripta; Velim autem
ne credat, quatuordecim haec tantum armaria,

omnem SERENISSIMI DVCIS complecti supellectilem librariam; ab utroque enim latere adhuc per totam conclavis spatiosi longitudinem ad parietis marginem amplissima extructa sunt repositoria, a dextra Theologicis et Iuris Scientiae inseruientibus scriptis, a sinistra Philosophicis ut plurimum libris repleta.

Catalogum omnium horum qui hic profant librorum vix aliquis hisce inferi desideret pagellis, cum anxium nimis exposceret laborem, quam ut epistolae committeretur, quem quaedam vix caperent Volumina.

De MStis potius quaedam adhuc curiosioribus haud ingrata iam olim dictis placet addere. *Itinerarium* illud, Serenissimi Celsissimi-que Principis HENRICI WENCESLAI, quem merito florem principemque Iuuentutis nomines, cuiusque priori de Bibliotheca Olfenfi Epistola mentionem iniecimus, tantum tanti Principis prudentiae, solertiae, pietatis et fidei constantiae monumentum videbis, ut merito dicas, extra conditionem humanae fortis exemplum, vel si mauis miraculum, hoc esse posse Principis propria manu elaboratum.

Titu-

Titulus, quo hoc in quarta forma compa-
ctum perelegans opusculum gaudet, vnico tan-
tum verbo constat: *Itinerarium*, cui illustrissi-
mus Princeps annum MDLXXXI. praeposuit.
Circa finem pagellae autem serenissimi elucet
Principis animi sensa, cum haec adscripserit ver-
ba: *Commoda quibus utimur, lucem qua frui-
mur, spatium quod ducimus a Deo nobis dari et
impertiri videmus.*

Dixit Cic. homo ethnicus pro Rosc. Amer.
Ipso autem in libello paginam vtramque vide-
bis in varia diuisam spatia, lineolisque distincta,
quo continetur spatium primo mensis, in quo itine-
ris sui initium fecit, illudque continuauit, secundo
dies, tertio loci conditio externa, quarto nomen
loci, quinto Religio, sexto Flumina, septimo vnus
ab altero loco distantia, octauo indoles, nono cuius
addicatur imperio, siue Iurisdictio, decimo tan-
dem diuersorium cuiusuis loci, in quo Celsissimus
commoratus est Princeps. Nuda autem haec
non solum videbis verba, sed quoties absolutum
quoddam iter, quod vocant praecipuum eine
Haupt-Reise inueneris, toties explicationem hu-
ius specialissimam videbis adiectam, qua iudi-
caueris Principem nostrum commentariolum
quasi quoddam geographicum itineris sui cum

acutissima epicrifi tabulis suis inscribere voluisse.

Inhaesisset omnino tantae spei Princeps solertiae huic in consignandis rebus curiositate sua dignis, nisi PADV A Italogum, manum eius de tabula traxisset, subitusque morbus lecto affixum iterque Romam usque continuantem, an. 1592. die 14. Ian. supremum obire diem iussisset, antequam in spem patriae susceptum absolueret iter.

Rediit, sed exanimis eheu! tantus Princeps ad patrios quidem lares, sed ah! quam felicissimus fuisset ille reditus, si Olsnae illum, quem tantis exoptabat votis viuum excipere licuisset. Cuius recrudescentis vulneris de praematura huius summi Principis morte prolixioris nostris schedis inferere prohibet narrationem dolor. Sunt omnes morbi et mortis circumstantiae explicite satis, in hoc ipso itinerario circa finem, a fidissimo Principis huius cubiculario, consignatae, quibus hic supersedeo recensendis.

Adest porro Volumen chartaceum CONSVETVDINVM REGNI HVNGARIAE in folio terse satis stilo latino conscriptum, quod in fronte, tituli loco, haec gerit verba: IVS CONSVETVDINARIVM REGNI HVNGARIAE.

Chro-

Chronica der Kayserlichen Reichs-Stadt
Mürnberg an. 1556. Titulus est Codicis iterum
chartacei nigro colore, interferto tamen saepissi-
me et rubro, elegantissime stilo germanico distin-
cto, vt commode legi possit, conscripti. Au-
ctor operis huius in folio exarati nomen suum
nullibi addidit; Continet autem Codex hic ab
initio res Germaniae antiquas sub Caesaris et Au-
gusti temporibus donec circa Drusi aetatem sese
latius diffundat, resque Norimbergicas ad annum
vsque 1556. stilo et industria non spernendis de-
ducat, eodemque simul anno visum fuisse come-
tam coronidis loco moneat.

Vnum adhuc allegasse sufficiat Chronicon
Lubecense, *Autore Reimaro Kock* an. 1549. vt
in titulo legitur, lingua Lubecensibus vernacula,
conscripsum. Amplum hoc opus chartaceum
in folio congestum, prior, vt ex fine colligi potest,
maioris adhuc operis pars esse videtur. Autor
qui sese verbi diuini ministrum ad aedem Petri Pau-
li Lubecensem vocat, inscripsit vastissimum hoc
Chronicon Senatui Lubecensi, diuisitque illud in
4. cum primis libros, quorum primo antiquissi-
mum vrbis statum ad annum vsque 1140. quo an-
no alterum incipit librum, exponit; Tertius ab
anno 1227. et quartus ab anno 1350. ad an-
num

num usque 1460. res Lubecenses tradit, lectoremque ad alteram partem ablegat, postquam insignem Consulum senatorumque Lubecensium catalogum multis foliis comprehensum exhibuit, primumque Consulem HENRICVM DE ATTELNBORCH vna cum sequentibus citauit, et finem an. 1407. in NICOLAO A VEERDEN constituit.

Plura mihi his addenda essent MSSis, aut potius quae in horum veniunt censum, cum vero reliquum spatii quod est, aliis iam hac vice laboribus destinatum sit, chartas tantum lusorias illas, (quarum superiori nostro scripto iam est mentio iniecta) cum latrunculorum ludo IOHANNIS FRIDERICI confundi solitas, semel adhuc in mentem reuocabimus; Constant hae chartae 52. foliis, quae quatuor potissimum distincta sunt signaculis; tredecim eorum aquilam, 13. agnum, 13. lucernam et tredecim reliqua leporem pro signo gestant. Circumdantur chartae hae inuolucro, figura aenea notato, in qua patientia coelitus coronata, addito anno 1540. conspicitur, adiecto simul nomine artificis in extremitate huius monogrammatibus: Sebaldus Beham Pictor Noricus faciebat I S B.

Quibus

Quibus nunc missis, elegantissimas COMITVM DVCVMQVE WVRTEMBERGICORVM imagines viuis vt loqui amant delineatas coloribus, producendas habebimus. Cumque singulis adscriptum sit nonsolum quisnam ille sit quem repraesentet, sed et simul additum sit, quo matrimonii foedere gauisus fuerit, hinc ea, vti cuilibet imagini addita leguntur, producam.

EBERHARD der I. Graf zu Württemberg, anno 1262.

Agnes, Herzog Bertholds von Zähringen Tochter, Graf Egons von Urach nachgelassene Wittib, 1250.

VLRICH, genannt mit dem Daumen, Graf zu Württemberg, Fundator des Stiffts zu Beutelsbach, starb den 25. Febr. 1265.

Agnes, Herzog Boleslai zu Pohlen, Tochter, starb den 13. Martii an. 1265.

Cui imagini Delineatio simul Beutelsbacii cum inscriptione addita visitur: Stifft Beutelsbach 1260. fundirt.

VLRICH der VII. Graf zu Württemberg, starb anno 1321.

Irnelgardt, Albrecht des Jüngerens, Grafen von Hohenberg Tochter, anno 1290.

C

In

In hac tabula Beutelsbacii conspicitur delineata demolitio, adiectis his verbis: St. Beutelsbach 1310. ruinirt.

EBERHARD genannt der Durchleuchtig, Graf zu Württemberg, an. 1281.

Adelheit, Gravin zu Sigmaringen, an. 1290.

Frimelgardt, Marggraf Herrmann des VI. zu Baden Tochter, an. 1301.

Cernitur in hac tabula obsidio Stuttgardiensis depicta, hac adiecta epigraphe: Belägerung Stuttgardt.

VLRICH der Elter genannt, Graf zu Württemberg, starb den 11. Julii 1344.

Sophia, Graf Diepolds zu Pfyrdt Tochter, starb anno 1369.

In Vlrici huius manu dextra visitur vexillum delineatum, in quo verba leguntur: Des H. R. R. Sturmbfahn, anno 1336.

EBERHARD der III. genannt der Greiner, Grave zu Württemberg, starb den 15. Martii 1392.

Elisabetha, Gräve Heinrichs zu Hennenberg Tochter, starb den 30. Martii anno 1389.

Habes in hac tabula obsidionem Tigurinam delineata.

lineatam, lineolaque sequenti notatam: 1349.
Belägerung Zürich.

VLRICH der Jüngere Graf zu Württemberg,
anno 1358.

Catharina, Gräfin zu Helfenstein, anno 1363.

In hac tabula delineata simul videntur Tornea-
menta Metensia, quod colligitur ex verbis Thur-
nier zu Meß.

VLRICVS V. C. W.

Elisabetha, Kayseris Ludovici IV. des Bayern Tocht-
ter.

Sub acie Weillerstattenfi, quae in hac pictura
simul delineata videtur, et vocula Weillerstatt
notatur, leguntur verba: Ulrich Grave zu Würt-
temberg blieb in der Schlacht vor Weylderstatt,
den 23. Aug. 1388.

EBERHARD der Elter, genannt der Güttig,
Graf zu Württemberg, starb 1417.

Elisabetha, Burggraf Friedrichs zu Nürnberg Tocht-
ter, anno 1428.

Anthonia, Herzog Barnabas zu Mayland Tochter,
anno 1405.

EBERHARD der Jünger, Graf zu Würtent-
berg, starb anno 1419.

Heinrica, Graf Heinrichs zu Montbelgardt Tocht-
ter, starb 1444.

C 2

LVD-

LVDWIG Graf zu Württemberg und Mont-
belgardt, starb anno 1450.

Mechtild, Churfürst Ludwig Pfalz-Graven bey
Rhein Tochter, anno 1440.

Additur in hac tabula delineatio eius quod sub
voce Gütterstein 1438. legitur.

VLRIKH der Wohlgeliebt, Graf zu Württem-
berg und Mompelgardt, starb an. 1480.

Margreth, Herzog Adolph des II. zu Kleve Tochter,
anno 1440.

Elisabeth, Herzog Heinrichs zu Nieder-Bayern
Tochter, anno 1451.

Margreth, Amadei des I. Herzog zu Saphon Toch-
ter, anno 1479.

Haec iterum tabula exhibet delineationem Hay-
denheimii quod ex adiecta voce: Haydenheim
1462 patet.

EBERHARDVS *barbatus* der Erste Herzog
zu Württemberg, geboren zu Urach, anno
1445. den II. Decembr. gestorben an. 1496.
den 24. Febr. regiert 27. Jahr, gelebt 51.
Jahr.

Barbara, Ludwigen Gonzaga zu Mantua Tochter
1474.

EBERHARDVS der Andre Herzog zu Würt-
temberg, geboren anno 1447. zu End des
Jah.

Jahres gestorben, an. 1504. den 17. Febr.
regiert 2. Jahr, gelebt 57. Jahr.

Elisabeth, Churfürst Albrecht genannt des Deut-
schen Achillis, Tochter, starb 15. April 1524.

HEINRICH Graf zu Württemberg und Mont-
pelgard, geboren 1446. starb den 16. April
1519.

Elisabeth, Graf Heinrich zu Zwenbrück und
Birsch, Tochter, starb 1487. den 17. Febr.

Eva, Graf Heinrichs von Solm Tochter, anno 1498.

GEORGE Graf zu Württemberg und Mont-
belgard, geb. den 4. Febr. 1498. starb den
17. Julii 1558.

Barbara, Landgraf Philippsen zu Hessen Tochter,
starb 1597.

VLRIICH der Dritte Herzog zu Württemberg
geboren anno 1497. den 8. Februar. ge-
storben anno 1550. den 6. Novembr. re-
giert 52. Jahr 5. Monath, gelebt 63. Jahr
8. Monath 26. Tage.

Sabina, Herzog Albrechts in Ober- und Nieder-
Bayern Tochter, starb 1364. den 30. Aug.

CHRISTOPH der Vierdte Herzog zu Würt-
temberg geboren anno 1515. den 12. Maji
gestorben 1568. den 28. Decembr. regieret

C3

18. Jahr

18. Jahr 1. Monath 22. Tage. Gelebt 53.
Jahr 7. Monath 16. Tage.

Anna Maria, Marggraf George zu Brandenburg
des Standhafften Tochter, starb zu Nürnberg
den 20. Maji anno 1589.

EBERHARD der III. diß Naimens Herzog zu
Württemberg geböhren zu Montbelgard den
7. Jan. an. 1545. starb zu Göpping den 2.
Maji 1568. ledig Standes.

LVDWIG der Fünffte Herzog zu Württemberg,
geböhren anno 1554. den 1. Januar. gestor-
ben anno 1593. den 8. Aug. regiert 14. Jahr
7. Monath 8. Tage. Gelebt 39. Jahr 7.
Monath, 7. Tage, 16. Stunden.

Dorothea Ursula, Marggraf Carls zu Baden Toch-
ter, starb den 19. Maji 1583. zu Nürnberg.

ursula, Pfalzgraf Johann George Herzog beim
Rhein Tochter, reliqua ob vetustatem legi
non possunt.

FRIDRICH der sechste Herzog zu Württem-
berg beyder Königlichen Cronen Frankreich
und Engelland Ordens Ritter, geböhren den
19. Aug. 1557. regieret in allem 27. Jahr
7. Monath. 23. Tage starb den 29. Janua-
rii 1608.

Sibyl.

Sibylla, Fürst Joachim Ernsten zu Anhalt Tochter,
gebohren anno 1564. den 29. Novembr. vermählt
anno 1581. den 22. Maji, gestorben den 16. No-
vembr. 1614.

IOHANN FRIDRICH der siebende Herzog
zu Württemberg gebohren 1582. den 5. Maji,
gestorben 1628. den 18. Julii. Regieret 20.
Jahr, 5. Monath 19. Tage.

Barbara Sophia, Churfürst Joachim Friedrichs
zu Brandenburg Tochter, gebohren den 23. No-
vembr. 1584. vermählt den 9. Novembr. 1609. starb
zu Straßburg den. 13. Febr. 1636.

Visitur haec imago adhuc semel, quod ex adie-
ctis patet verbis:

IOHANN FRIEDRICH, Herzog zu Würt-
temberg und Teck, Graf zu Mumpelgardt,
Herr zu Handenheimb, aetatis suae 23. an-
no 1604.

Fräulein SIBYLLA ELISABETHA, Her-
zogin zu Württemberg und Teck, Grävin zu
Mompelgardt, aetatis suae 20. anno 1604.

EBERHARD der Vierdte diß Namens, und
der Achte regierende Herzog zu Württem-
berg, gebohren zu Stuttgardt den 16. De-
cembr.

cembr. anno 1614. komt zur Regierung
anno 1633.

Anna Catharina, Herzog Johann Casimirs und
Rheingraven Tochter, anno 1637.

Maria Dorothea Sophia, Herrn Joachim Ern-
sten, Graven zu Dettingen Tochter, 1656. den 20.
Aug. zu Dnolzbach vermählt.

VL RICH der II. diß Rahmens, Herzog zu
Württemberg und Teck, ward geboren zu
Stuttgard den 15. Maji 1617.

Isabella S. Alberti, Herzogen zu Ahrenberg, Für-
sten zu Barbanon Tochter, vermählt zu Brüssel in
Brabant, den 14. Maji 1651.

Sophia Dorothea, S. Heinrich Wilhelmen, Graven
zu Solms Cabach Tochter, vermählt zu Stutt-
gardt den 10. Octobr. 1647. starb zu Biels Vieh-
burg in Bayern den 20. Septembr. 1648. und
samt ihrer neugeborenen Tochter Maria Catha-
rina Charlotta zu Ortenburg beygesetzt.

LVDEWIG FRIEDRICH, Herzog zu
Württemberg, geboren zu Mümpelgardt
den 29. Jan. anno 1586. starb daselbst als
Vormund und Administrator des Herzog-
thums Württemberg den 26. Jan. anno 1631.
seines Alters 45. Jahr.

Elisabetha Magdalena, Landgraf Ludwigen zu
Hessen Tochter, geboren den 23. April. 1600. ver-
mehlet

meilet den 8. Julii anno 1617. starb zu Mümpelgardt den 9. Junii anno 1624.

Anna Eleonora, Graf Johann Casimirs zu Nassau-Saarbrücken Tochter, geböhren den 9. Septembr. anno 1602. vermehlt den 15. Maji anno 1625.

IVLIVS FRIDRICH, Herkog zu Württemberg, geböhren zu Mümpelgardt den 3. Junii anno 1588. Vormund des Herkogthumb Württemberg anno 1631. starb zu Straßburg den 25. April. 1635.

FRIDRICH ACHILLES, Herkog zu Württemberg, geböhren zu Mümpelgardt den 25. April. anno 1591. starb zu Nöwenstatt am Röcher den 20. Decembr. 1631.

MAGNVS, Herkog zu Württemberg, geböhren zu Kirchheim und Teck den 2. Decemb. anno 1594. bleibt todt in der Schlacht bey Wimpffen den 26. April. anno 1622.

Cernitur hac in tabula ipsa acies delineata, vna cum castello et eius nomine Wimpffen.

FRIDRICH der II. diß Nahmens, Herkog zu Württemberg und Teck, ist geböhren zu Stuttgardt, den 19. Decembr. 1616.

Clara Augusta, S. Augusti Herkogs zu Braunschweig
D und

und Lüneburg Tochter den 7. Junii 1653. zu Wolfenbüttel vermählt.

Cernitur isthic obsidio Kempensis depicta, verbis adiectis: Kempen 1643.

LEOPOLD FRIDRICH, Herzog zu Würtemberg und Teck, Graf zu Mümpelgardt.

Sibylla, Herrn Johann Friedrichs Herzogs zu Würtemberg Tochter, vermählt zu Mümpelgardt den 22. Novembr. 1647.

GEORGE, Herzog zu Würtemberg und Teck, Graf zu Mümpelgard.

Anna, Herrn Caspars von Coligni, Herzogen zu Chastillon, Marechall in Frankreich Tochter, den 29. Aprilis anno 1648. vermählt.

RODERIGO, Herzog zu Würtemberg, ist gebohren zu Stuttgart den 19. Octobr. 1618. starb zu Weyltingen den 20. Novembr. 1651.

MANFREDO, Herzog zu Würtemberg, gebohren zu Brenz den 5. Junii 1626.

Juliana, Herzogin zu Würtemberg und Teck, Herrn Christian Graven zu Oldenburg und Delmenhorst Tochter.

SVENO

SVENO MARTIALIS EDELNOL-
PHVS, Herzog zu Württemberg, gebohr-
ren zu Brenß den 1. Junii 1629. starb zu
Thoren in Preußen, den 1. Maji 1657.

IVLIVS SIGISMVNDVS D. W. O. B. Ju-
liusb. nat. d. 18. Aug. 1653. denat. 15. Octo-
bris 1684.

Anna Sophia, Adolphi Friderici D. Meklenb.
Schwerin. filia, despons. 1677. d. 25. Mar-
tii.

ANNA SOPHIA, filia Adolphi Friderici
D. Meklenb. Sverin. nat. 1647. d. 4. De-
cembr. despons. 1677. 4to April. Iulio Si-
gismundo D. W. O. B. I. ab anno 1684.
vsque ad an. 1704. Tutrix et administ. Re-
gim. Iulio. et Berolst. Ducat.

CARL D. W. O. B. et IVL. nat. 1682. d. 11. Mart.
despons. an. 1703. d. 20. Decembr. Wilhel-
minae Louisae, fil. Bernhard. D. Saxon.
Meinung. nat. 1686. d. 30. Ianuar. Symb.
Coram Deo.

Mittamus nunc haec, nec reliquas maioris for-
mae, Ducum Serenissimorum ex hac illustrissima

D 2

Wür-

Würtebergicorum gente effigies in splendidissimo hoc Bibliothecae atrio conspiciendas allegemus, cum nostrum tantum fuerit propositum, insignem hanc, vnius formae quoad longitudinem et latitudinem, picturarum Collectionem lectoris communicandi.

Summo in coelis Numini Ter Optimo, terque maximo infinitae et habendae et persolvendae sunt merito gratiae, quod, cum Olsnam nostram, per varios casus, per tot discrimina rerum, per bellum et flammam, deturpatam lacertamque, quidem duxerit, non vero penitus oppressam esse voluerit, sed semper e cineribus, nitidiorum prodire iusserit, imprimis hoc litterarum armamentarium, musarum Tempe, eruditionis Gazophylacium, antiquitatum conditorium, BIBLIOTHECAM NOSTRAM OLSNENSEM, saluam illaesa intactamque seruauerit, ita ut iure suo cimelium veniat nuncupandum, quod inter omnia calamitatum genera, extremam minitanti ruinam, diuina plane prouidentia in obscuro bene latitauerit custoditum, insignem posteritati adhuc praestet usum. Temporum enim retro actorum series, quorum meminisse dolet,

dolet, et belli tricennalis, quin imo succeden-
tis aetatis memoria, flammis et peste clara, sin-
gularem DEI OPTIMI MAXIMI curam
deuotissima mentis pietate atque obseruantia de-
uenerandam omnium ob oculos ponunt, im-
mortalemque flagitant gratiarum actionem, quod
sub auspiciis Tantorum e SERENISSIMA
WVRTEMBERGICA GENTE Prin-
cipum nutritiorum ac tutanorum solidae ac per-
fectae eruditionis Maecenatum, exulantes in hoc
quasi delubro musae quietum tranquillumque
sibi vindicauerint locum.

Seruet benignissimus DEVS, cuius iussu
atque arbitrio Reges, Ducesque dominantur
atque imperant, SERENISSIMVM ac CLEMEN-
TISSIMVM CAROLVM FRIDERICVM,
Ducem nostrum indulgentissimum, Patriae amo-
rem, delictum subditorum, multos per annos sal-
uum atque incolumem, annosque vitae augeat
annis, quo OLSNAE felicitas, huiusque Bi-
bliothecae splendor nouis indies incrementis
augeantur ac sub optimorum e Würtembergi-
gica prosapia oriundorum Principum praesidio
et tutamine ad posterorum stuporem vsque

atque inuidiam non minus dignitate quam opulentia rerumque prosperarum successu ad extremum aevi terminum crescant, vt, fortunante Deo, neque plura bona reminisci, neque maiora consequi possit futurorum Saeculorum posteritas.



Restat vero adhuc, Vir Clarissime, Amicorum Suauissime, M. CHRISTIANE THEOPHILE HABICHT, vt TIBI Lipsiensibus musis valedicturo, intimi, quo TIBI deuinctum me profiteor amoris affectum paucis exponam. Iunxerat olim ineuntem amicitiam Wratislauia nostra, parique condiscipulatu studiorum tirocinii-que deponere rudimenta vtrique ibidem contigit. Iunctum posthaec firmavit amicitiae vinculum celeberrima Musarum sedes, LIPSIA, iucundissimo, quod in
omne

omne tempus mihi solemne erit, contubernio; cuius commilitii nostri academici dulcissimam gratissimae nostrae consuetudinis recordationem et absens maximi facio, venerorque. Nulli ergo turpitudini mihi fore duco, neque a TE in malam acceptum iri partem credo, si spicilegium in delineanda nostra Ducali Bibliotheca habiturus, re-collectas nouiter TIBI sacras velim reliquias, eo nimirum animo, vt veterem amicitiae nostrae memoriam renouarent atque ab omni obliuionis aerugine vindicarent. Accipe igitur, eodem, quo ad TE proficiscuntur tenero mentis affectu, has pagellas easque aequi bonique consule. Instituumdum in patriam iter TVVM DEVS O. M. iubeat esse faustum et felicissimum, quo patrios fospes et incolumis reuistas lares, et honestissima TVA mater, totaque gens TVA, mecum ex voto aduentum TVVM expectan-

ſpectantes, habeant, de quo ex merito ſibi
gratulentur; Sic enim bono propitioque
DEO uſus, patronorumque ſuffragio ſufful-
tus, ubicunque tui damnatus voti, res
tuas ex ſententia perages, et ſi vel finge-
re velis, non plura potueris bona remi-
niſci. Vale. Dabam Wratiſlauiae Anno
MDCCXXXVI. Menſe Martio.



